ceptō in organo q3 nō est receptō in uirtu
te aliqua illi organo alligata. 7 sic est iuditiū
a uirtute in organo q3 etiam p̄ter organū.
vō angelus ita bene percipet aliquē clausis
oculis ut aptis. et ideo non est ibi receptō 7
iuditiū fm q3 appetit sensui. ac per hoc nec ē
ibi sensus exterior. **Nec etiaz oculus ange**
li dicitur oculus nisi equiuoce. 7 tale corpus
plus habet rōem instrumenti q3 organi. licet

organicum possit dici ppter assimilatiōem
quam h3 cū corpe naturali. et sic p3 totū.

In ista pte sunt dubitatōes cir
ca istas. Et primo queritur de
hoc q3 dicit deus in formis cor
palib3 apparuisse. uidetur eni
q3 talis apparitiō potius sit occasio erroris
q3 ueritatis. deus eni caret forma et figu
ra. ita corpe et corpēitate fm ueritates. et q3
credit ul' opinatur contrariū errat. si ergo fre
quēter opinamur interius q3 apparēt sensib3.
uidetur q3 tal' apparitiō sit erroris occasio.
Rñs. vñ q3 forma et figura corporalis nō
ducit imediate in cōgnitiōē dei. s3 mediante
spū rōnali cuius misterio fiebat illa appar
itiō. et q3 in ascendendo prius sit abstractiō
a corporali forma et figura q3 pueniat ad deū
dum a corpe ad deū ascenditur mediante
spū incorporeo. ideo talis apparitiō poti3 sca
la est pducens ad cōgnitiōē ueritatis q3 sit oc
casio deuandī. Qd ergo obicit q3 illa opi
namur interius que apparēt exterius. et q3
illud uerū est si opinio uel rō descendat ad
sensū et ei innitatur. cū aut a sensu abstra
hit et innitatur fidei et reuelatiōi. nō h3 oc
casionez errandi s3 potius ueritatem inquit
rendi. **Item** queritur de hoc quod dicit.
Non uidebit me hō et uiuet. Contrariū hu
ius habet **Exo. xxiiiij.** Loquebatur dñs ad
moysen facie ad faciem. **Numeri. xij.** Pa
lam et nō p figuras et enigmata deū uidet.
dicit de eodē moysē. **Rñs. vñ q3** ad hoc
q3 in prima auctoritate signatur q3 de3 nō
potest uideri a uiatore in sui essetia et dei
tate. S3 in duabus sequētib3 insinuat fa
miliaritas dei ad moysen. qñtum ad appa
ritiōem et qñtum ad cōtemplatiōem. in quaz
utraq3 pphetas alios excellebat. familiari
tas apparitiōis notatur cū dicitur. q3 leq3bat
ei facie ad faciem. subintelligendum ē i sub
iecta creatura. Eminentia cōtemplatiōis cū
dicitur. palam et non p figuras et enigmata
deū uidet. q3 non tantum fulgebat uisione
corporali aut imaginaria. s3 etiam intellectu
ali. **Item** queritur de hoc q3 dicit. uisibile
quicq3 est mutabile. corpus eni celi empy
rei uisibile est et tam non est mutabile.
Item quero de qua mutatiōe intelligat.

aut de mutatiōe ad situm. aut de mutatiōe
ad formam. **Si** de mutatiōe ad situm. hoc
nihil est. q3 ita nihil facit ad usum. **Si** de
mutatiōe ad formam. illud similis falsus ē.
q3 corpa supcelestia sunt incorruptibilia et
inalterabilia. et tam sunt uisibilia. Juxta hoc
queritur etiā de quo uisu intelligat. aut eni
intelligit de visu corporali. aut d' visu metali.
Si de mentali falsum est. **Si** de visu corpa
li. queritur que necessitas sit q3 uisibile sit
mutabile. cum ita bene sensus ille percipiat
corpora incorruptibilia sicut corruptibilia.
Rñs. vñ q3 Aug. intelligit de visu cor
porali. et de hoc uerū est q3 dicit. q3 oē uisibi
le est mutabile. nihil eni pōt uidere sensus
corporalis sine extensiōe quātitatis. ubiq3
autem est extensio quantitatis ibi est opo
sitiō. ubi uero opositiō est potēte est resolu
tio et mutatiō ad min3 qñtum est de natura
rei. solū eni oīno simplex est imutabile sim
pliciter. et ideo necessario sequitur q3 si ali
quid uidetur sensu corpeo q3 sit mutabile.
Ad illud ergo q3 obicitur de empyreo
et d' aliis corpibus celestibus. vñ q3 nec em
pyreus nec aliud corpus celeste. nec corpus
quod est uel possit esse oīno est imutabile.
quis eni non mutantur mutatiōe que est
de esse in aliud ēē. siue de una forma i aliā.
mutata tam sunt mutatiōe que est de non
esse in esse. et mutabilia sunt p naturā mu
tatiōe que est in non esse. q3 sunt oposita
et ideo nō sūt suū ēē. nullū eni ens est suū
esse nisi sūme simplex. sicut nullū agēs est
suū agere nisi sūme simplex. et ppter hoc q3
indicat suū esse. aliūde dicit **Philosophus.** q3 oī
bus creatis accidit esse. et ideo p naturā suā
sunt possibilia ad nō esse. Et sic patet Re
sponsio ad totum.

Illud etiam cōsideratiōe dignū
uidetur. **Supra** egit **Aug.**
de uirtute demonū et etiā bo
norum spūum respectu corporū
hūanorum similitū. In hac pte agit de uirtute
et pte demonū respectu hominū. Diuidi
tur autē hec pars in. iij. pticulas. In prima
Aug. determinat ueritatem. In scōda cōfir
mat p auctoritates euāgelii. q3 in homines
introeāt. **In** tertiā cō explanat p aucto.

Genadij. ibi De hoc aut Genadij. rē. In
 quarta et vltima illā explanat p auctorita-
 tem Bede pbyteri. ibi Beda quoqz sup il-
 lum locum et cetera.

H intelligentiam huius partis
 sex incidit dubitabilia. Primo
 eni qritur vtz demones habi-
 tare possint i hūanis corpib⁹.
 Secōdo vtz illabant aiab⁹. Tercōdo vtz pos-
 sint ludificare hūanos sens⁹. Quarto vtz
 cogitatōes immittere. Quito vtz possint af-
 fectōes intēdere. Sexto vtz possint seru-
 tari secreta nre cōscientie.

Quia primū sic pceditur. et ostēdit qz
 demones in hūanis corpibus possint
 habitare. nullus spūs eicitur de aliquo cor-
 pore uel habitaculo in quo non ē. s; demo-
 nes sicut legitur i euangelij. de obsessōrū
 corpibus sunt eieci a xpo et eius apostol.
 ergo aliqñ habitauerūt in eis. Itē Aug.
 de diuinatōe demonū. loquēs de demonib⁹
 dicit. Suadent miris et inuisibilib⁹ modis p
 illam subtilitatem suoz corpū. hoim corpa
 non sententiū penetrādo. s; si pōt corpus
 penetrare cū possit ibi quiescere pōt inha-
 bitare. Itē ostens est qz aliqñ a viment-
 bus obsident. ergo obsidentur. aut qz demō
 habz in eis effectū. aut qz est in eis fm sub-
 stantiā. si qz hnt in eis effectū. ergo omnes
 peccatores essent obsessi a diabolo. qd fal-
 sum ē. ergo qz sūt in eis fm substantiā ob-
 sessi dicuntur. ergo habitant in suis corpib⁹.
 Itē nullū corpus pōt pberē obstaculū
 spūi. ergo si demones spūs sūt. nullū corp⁹
 ē in eis obstaculū. ergo sicut lumē penetrat
 aera usqz ad pfundū et ibidē manz. sic spūs
 demoniacus corpus hūanū subintrare pōt
 p totū. ergo si nō expellatur ab agēte ma-
 ioris potētie. uidet qz ibi possit inhabitare.
 Ad oppositū arguit sic. sup illō ps. dñs
 in tēplo sancto suo. Glo. simulachris assi-
 dere pōt imundus spūs intrinsec⁹ eē non
 pōt. ergo si nō pōt in simulachris. multo mi-
 nus nec in corpibus hūanis. Itē Beda
 dicit. Ogr adducit in lra. sup illō Actū.
 cur tentauit sathanas cor tuū. implet sa-
 thanas cor alicui⁹. nō quidē ingredies in eū

nec in sensus eius. ergo nō uidet qz demon
 ingreditur fm substantiā corpus alic⁹ ho-
 mis. Itē aia unū corp⁹ ut motor et ut
 pfectō. s; qz iungit ut pfectō. impossibile
 est in eodē corpe et aliā naturā picientem.
 ergo cum iungatur ut motor. impossibile ē
 in eodē corpe eē aliā spūm ut mouentē. Si
 ergo demon in corpe hūano nō pōt eē nec
 vt motor nec ut pfectō. ergo nullo modo.

Itē sicut supra dictū ē. nullo mō ppetit
 duos spūs angelicos eē simul in eodē loco
 primo. ergo pari rōe nō uidet qz in eodem
 loco primo possit eē aia et āgelus. s; aia ē in
 toto corpe suo sicut vult Aug. ergo in nul-
 la pte corpis pōt esse demon. Rñō. vō
 qz sicut innuit textus euangelic⁹. et Aug.
 etiā in libro de diuinatōe demonū. Demo-
 nes p naturāz sue subtilitatis et spūalitatē
 possūt quēciqz corpa penetrare. et in eis si-
 ne aliquo obstaculo et impedimēto subsistere
 rōe uero sue pātis possūt ea corpa in qb⁹
 sūt mōuere et turbare. idō demones qñ
 tum est vō pātē et subtilitate nature possūt
 corpa hūana intrare. possunt etiā et uexare
 nisi phibeant a supiori uirtute. et cū pmit-
 tūtur introire et uexare. tunc dicitur corpa
 obsidere. pmitit aut hoc dñs. siue ad glo-
 rie sue ostensionem. siue ad pēti punitōz. siue
 ad peccātis correptōz. siue ad nram erudi-
 tōez. Sz ex qua istaz causaz determinate p-
 mittit. latet hoc hūanam industriā p p hoc
 qz occulta sūt dei iudicia. hoc tñ planū ē qz
 nō sunt iniusta. et idō nō pmitit talia sine
 causa. Cōcedende sūt rōes pbatēs qz de-
 mones possunt humana corpa subintrare.
 Ad illō qz obicitur de glo. qz intrinsec⁹
 eē nō pōt. vō qz eē intrinsec⁹ in aliquo hoc
 pōt eē dupliciter. aut sicut ostentū respectu cō-
 tinentis ut aq respectu uasis. et sic demō
 bene pōt eē intrinsec⁹ in simulachris. Alio
 mō eē intrinsec⁹ dicit aliquid qd isluit i in-
 tima rei. et influendo cōseruat et pficit. et hoc
 mō nō cōgruit demoni. nec respectu simula-
 chri. nec respectu hois. et sic loquit illa glo.
 Ad illō qz obicitur de Beda qz nō igre-
 ditur in hoim. vō qz nō loquit de igrēssu
 in homiez qui attendit ex pte spūs rōnalis.
 Ad illō qz obicit. qz aia opatur ad cor-
 pus vt pfectō et motor. vō qz nō ē sūte.

de opatione p modum motoris. et p modū
pfectionis. qā unius pfectibilis vna sola est
pfectio. pfectio enī appropriat sibi pfectibile
et eōuerso. sed unius mobilis pōt eē mul-
tiplex motor. et unus motor multa potest
mouere. maxime qñ illa hñt aliqñ ordiem
et quia diuino iudicio aia peccatrix subicit
demoni obsidēti sicut toritori et affligēti.
hinc est q. simul in eodē corpe esse possunt
et p hoc p. Rñō. Ad ultimū qō obiciebat
de coexistētia duorū spiritūū. nō enī ē simile.
p eo q. illi vt supra dictū fuit repugnat or-
do vniuersitatis. huic autē rsonat ordo di-
uine equitatis. fm quem aia peccatrix affli-
gitur. nec repugnat ordo vniuersitatis. qā
quersimode ad illō habitaculū opant.

Ecūdo queritur vtrū demones
illabi possint aiabus. Et q. sic
videt. Luc. iij. Ecce hō hñs de-
monū. ibi. Glo. intrauerat dia-
bolus vnde exierat xps. sed nō exierat de
corpe s. s. spū. ergo diabolus subitrat spū.
Item si iptibile adiūgatur iptibili. fm to-
tū applicatur ei. et qō applicat alicui fm to-
tum. applicat ei fm suū intīmū. s. illabi nō
est aliud q. fm intīmū pfūdari. ergo cū de-
mon sit iptibilis et obsidēdo hoīem aie ap-
plicetur. uidet q. eidem nēario illabatur.
Item sicut est ordo i corpālīb. ita est or-
do i spūālīb. s. i corpālīb. uidemus q.
agens influit virtutē suā passio usq. ad intī-
mū. alit enī nō alterar. totū. ergo p rōe et
i spūālīb. ergo demon pōt influere vir-
tutem suā usq. ad intima aie. s. vīrt. omo-
nis non est spūālior q. substātia. ergo uide-
tur q. demon usq. i intima aie illabi possit.
Item sicut hō efficit templū dei p grāz.
ita efficit templū diaboli p pctm. s. oīo ibi
dem vbi prius erat grā incipit eē culpa. ergo
vbi prius habitabat deus pōt habitare dia-
bolus. Cōtra. Aug. de tr. ad pe. inest sin-
gulis spiritīb. natural terminus quo a se in
uicem distingūt. et vnus in altero non ē.
s. aia hūana spū. est. ergo nō pōt eē in de-
mone. nec demon in ea. ergo nec illabi. er-
go. Item si vnus spū. illabit. aut alter
pōt illabi aut nō. Si sic. pari rōe et terti.

quartus. et sic de aliis. et ita oēs spūs mali
possent illabi vni aie. qō plane falsus est. si
nō pōt. ergo vnus spūs implet totā animā.
s. hoc ē falsū. qā imaginē dei nō hominū
deo implere pōt. sicut dicit Aug. et Beda.
Item si demon illaberet aie eēt intīm.
aie. ergo p totū dñaretur ei. ergo posset p-
trahere ad mala quicq. uellet. et ita aia li-
ar. nō hñt. q. si aia li. ar. nō pōt amittere.
ergo nec demon illabi pōt. Item si illa-
berent aie nihil eēt ita intīmū i aia in quo
nō eēt et sup qō nō possit demon. s. sic de
illabendo animā rectificat et cōseruat. sic de
mon qō pōt deordinat et deprauat. ergo si
demon illaberet aie. demon posset synderē
sim uel uolūtatem naturalem deprauare. et
ad malum inclinare. quod est impossibile.
Rñō. vō q. illabi aliqd alicui importat
q. illō intīmū sit ei et q. intīme opet i illo.
nihil autem tale est respectu aie nisi solus
dens. ideo solus diuus spūs aie pōt illabi. in
anima nāq. humana idem est intīmū et su-
p. mū. hoc p. qā fm sui sup. mū maxie ap-
proximat deo. similis fm sui intīmū. vnde
qñto magis redit ad interiora. tāto magis
ascendit et vnū eternis. et qā solus deus su-
pior est mente hūana fm sui sup. mū. solus
deus pōt menti eē intīmū. et ideo illabi spi-
ritui rōali est diuine substātie p. priū. Con-
cedende sūt igit rōnes oñdētes q. aiabus hu-
manis illabi nō pōt malignus spūs. Ad
illō ergo qō primo obicitur de glo. q. intra-
uit diabolus. vō q. hoc nō dicit de ingressu
fm substātiā. s. fm effectum sine cōformi-
tatis malitiā. vnde nō vult glo. plus dicere
q. q. ubi fuit grā ibi incipit esse malitia.
Ad illō qō obicit q. iptibile iptibili ap-
plicatur fm totum. vō q. aut intelligit de
iunctura situati. aut de iunctura uirtuali. Si
situati. sic potest hñe ueritatem. sic aut non
est intelligere applicatōem substātiarū spi-
ritualiū. qā nō sūt situales. Si aut intelliga-
tur de applicatōe uirtuali. sic sermo nō hñt
ueritatem. qm i simplici substātia repitit
magnitudo vīrtutis. et fm illā cōsiderari pōt
i aia maior et minor rō dignitatis fm ac-
cessum ad originē illius uirtutis. Ad il-
lud qō obicitur q. sicut est ordo i corpīb.
ita ē i spiritīb. vō q. et si sit aliq. similitudo

non tamen oino de pfecta. nec quatum ad
ordinem. nec qntum ad intimitatem. non
qntum ad ordinem. qa oēs subſtātie rōna
les in medietate ſūt nate ferri in deum. nec
qntum ad hoc vna peſt alteri. hoc aut non
xtingit i corpalibus inueniri. non eſt etiā ſi
mule qntū ad intimitatem. qa qd ē intus et
extra in re corpalī eſt eiūſdē nature. nō dif
ferens dignitate ſz magis ptiū poſitōe. in
aia uero qd eſt intimū hoc eſt maxie ſupre
mū et deo pxiū. ideo in rebus corpalib⁹
qd pōt influere exterius. magis et magis
agendo pōt puenire ad interius et ad inti
mū. non ſic in ſpū vbi idem dicit eē intimū
qd eſt in eo ſupmū et digniſſimū. Ad illō
qd obicitur q. ibidez eſt culpa vbi ſuit grā.
qd q. uerū eſt. ſz ex hoc non ſequit q. ibidez
ſit diabolus vbi et deus. quia aliū eſt grā a
deo. aliter culpa a diabolo. grā enī ē a deo
vt pſente et influente et intime opante. et
medullas affectōis penetrante fm q. innuit
Apoſto. ad Iher. iij. iiii. eſt ſermo dei ⁊
efficax ⁊c. Sz culpa dicitur eē a diabolo ſo
lum ſicut a ſuggerente et ipellente quodā
mō qſi exterius inſtigante. et tō nō oportz
diabolū habitare in intimo cordis pctōis.
qntumqz medullitus adherat pctm. Ul
terius pctm non ponit aliquid. ſz poti⁹ pri
uat. tō fm ipm nō dicitur aliqd illabi aie.
ſed poti⁹ ab eo aliqd corrumpti. Et pz q. nō
eſt ſile de culpa et grā. q. uis ſint circa idē.

Quercō loco queritur vtz demō
poſſit ſeſus illudere. Et q. ſic
videt. ſup illud Exo. vij. fe
cerūt magi per incatōnes et
archana quedam. Similit⁹ dicit Glo. rabā
Diabolicis ſigmentis ſpectantiū oculos il
ludabant. ut res in ſua ſpē remanentes alie
viderent. Item in itinerario elementis
dixit Nicheta ad pe. narrans pſtigia ſimo
nis. videmus canes cātare. et imagines am
bulare. oſtat q. nō fiebat niſi uirtute demo
nū. Si igitur demones hec ⁊ his ſilia plura
faciunt. que nullo mō niſi miraculoſe fieri
poſſūt. ergo oculos ſpectantiū illudūt. ma
xime cū illa facere videntur ad q. p auxiliū
nature iuuari non poſſunt. Item in uitiis

patrū legitur. q. quidā adduxerūt qndā pu
ellam ad ſanctū patrem q. uidebat eis eſſe
equa. ſed ſanctus p. depōndit q. eſſet pu
ella. ergo ſi hoc fiebat. arte diabolica appa
ret ⁊c. Item plus eſt decipe intellectu qz
ſenſum. ſed demones multos decipiūt ⁊ ſe
ducunt quantum ad intellectum. ergo mul
to fortius ſeducere uel illudere poſſunt qn
tum ad ſenſum. Contra. ſenſus p. p. ob
iectum. ergo non p. p. niſi qd uerū eſt. ſz
deluſio ſenſui non poteſt eſſe ſine errore
et deceptōe. ergo ⁊c. Item cum diabo
lus faciat aliqū uidere aſinū uel aliqd aliud
animal vbi nō eſt fm ueritatem. neceſſe eſt
q. faciat ſimilitudinē illius aia. is in oculo
ſz illa ſimilitudo nō poteſt generari niſi ab
illo aiali. cum non poſſit educi de nihilo. er
go uel oportet q. aſſerat aſinū. uel nūqz fa
ciat cum uideri. ſed ſi aſinū aſſerat nō eſt
ludificatō. ſi non aſſert nō imutat. ergo nūqz
poteſt deludendo imutare uel immutando
illudere. Item cum homiem facit uideri
capram. aut ſimilitudo homis puenit ut qz
ad oculum. aut non. ſi ſic ergo cum iudicet
fm ſimilitudinē receptam. iudicabit illuz
eſſe homiem. ergo non decipiet. ſi nō pue
nit. quero quid impedit. et uidetur q. nihil
poſſit. exiſtente enī illumiato medio nō ē
obiectum multiplicari p. medium. ſi nō aſſit
corporeū obſtaculum. ergo uidetur q. nul
lo modo poſſit ibi eſſe ludificatō ſenſus.

Item cum facit uideri qd nō eſt. aut hoc
facit immutando uirtutem. aut immutādo
oculum. aut obiectum. ſi immutando obie
ctum. ergo eſt uerum miraculum. ergo nō
pſtigium. Si immutando organum uel uir
tutem. cum hec ſint digniora. tūc erit mai⁹
miraculum. ergo falſa miracula erūt maio
ra ueris. qd ſi hoc eſt falſum. redit idē qd
prius. Rñō. Ad predictorum intelligen
tiam attēdēduz eſt. q. abſqz dubio vmones
ſenſus poſſunt deludere. ſicut multiplex
experientia docet. modum autem aſſigna
re ē ualde difficile. Et ad hoc plures docto
res conati ſūt diuerſimode. Quidam nāqz
uoluerunt modum huius eluſionis aſſigna
re. dicentes hoc ſupra naturāz eſſe. Tripli
citer autem hoc fieri poſſe. poteſt enī hoc

facere demon a superiori influendo. ab intri-
seco fantasmata mouedo. ab extrinseco spe-
cies obiciendo. **A** superiori influendo dicunt hoc
mō fieri posse. q̄a demō p naturā supior ē
sensu corporeo. et q̄a supiora nata sūt influ-
ere i inferiora. demō pōt spēs q̄s h̄z i se sē
sui imprimere tā interiori q̄s exteriori. q̄ tā-
mē minus sūt spirituales i suscipiente q̄s in-
dante. q̄a quod recipit in aliquo ē p modū
recipiētis nō p modū recepti. **S**imiliter ab i-
teriori fantasmata mouedo dicit sic posse ac-
cidere. sicut accidit in sōnijs ex motu fan-
tasmātū et defluxu ab organo excitari vir-
tutē sensitīuā interiori. et fieri somnium in
quo uidet homini q̄ uideat uel audiat ueri-
tatem cuius fantasma rei puenit ad organū
uisus uel auditus. sic 7 in pposito demō pō-
test fantasmata existētia i organo interiori
facere defluere ad organa sensuū. et sic ui-
det homini q̄ uideat uel sentiat ipam rem
dū ex rei fantasmate format organū. et in-
tētio sensus sup illud cōuertitur. iudicat de
similitudine ac si esset ueritas. **A**b exteriori
uero species obiciendo potest hoc mō sensū
ludificare. **U**naqueq; enī res nata ē speciem
suā susceptibili dare. et si esset aliqd quod
nō tantū suscipet speciem sed etiā tenere pos-
set. posset circūferri et alicui p ueritate of-
ferri sicut ostēdit luna i puteo. quia ergo nō
latz demones natura specularis nō solū sus-
ceptiua specierū sed etiā retētiua. mediante
illa pōt quācūq; uult et cuiuscūq; rei uult
speciem p uitate sens. b^o nostris offerre. quā
cū p uitate accipiūt lucificant. **N**ūc igit tri-
plicē modū dicit demoni esse possibilem et
mō uti hoc. mō illo. mō tertio. s̄z q̄libet ho-
rū modorū iterius cōsiderāti h̄z aliqd imp-
bitatis. **N**ō enī uidet possibile q̄ substantia
spiritualis que habet i se species oīo imate-
riales possit eas sensibus imprimere cū omni-
no sit uir^o i pportionabilis. **N**ec etiā uide-
tur quod species ab organo iteriori regre-
diat. cū ille sit ordo retrogradus. **P**reterea
mirū ualde ē si demō iuenit ita magnū spe-
culū in quo i sua magnitudine et latitudine
possit ostēdere unū castrū sicut pluribus ali-
quādo ē ostensum. **D**irū etiā est si uidz
ita rem q̄ non potest uidere speculum. mi-
rabilis est etiā natura talis rei. corporalis

que speciem potest suscipere et tenere cuius
uideamus speciem ab obiecto sensibili se-
parari non posse. **E**t ideo alius mod^o est dicē-
di qui magis est consonus nature et intelli-
gentie. q̄ demon potest ludificare sensus si
ue ostendendo presēs esse q̄ non est. siue
ostendēdo aliter q̄s est. siue abscondendo
quod presēs est. **P**rimū quidem facit spe-
cies offerēdo. secūdu facit sensū uel obiectū
dinariando. tertium uero facit impedin-
tum prestando. **P**rimū intelligi potest sic
quando fantasmata existētia interiori offe-
runtur forti oblatione ipsi uirtuti interiori.
cum uirtus interiorū fortiter illis intendat
similitudo rei uidetur esse ueritas. hoc ma-
nifestum est per naturam. nam frenetico p
pter ascensum fumositatum ad cerebrū. ex
modica occasione exteriori uidetur ei q̄
uideat multa q̄ non sunt sibi presētia. uel
q̄ audiat. **S**imiliter per fortem conuer-
sionem intentionis fantasma uidetur ueri-
tas. sicut **Augustinus** exemplificat in libro
de trini. q̄ quidam tanta conuersione reco-
gitabat cuiusdam mulieris imaginem q̄
ei carnaliter commiseri uidebatur. **E**tia ui-
gilando per hunc modum. demon potest si-
ue intentionem ad imaginem conuertere. si
ue fumos aliquos immittendo. spiritum aīa-
lem immutare et fantasmata diuersimode
uariare et intentioni offerre. et sic diuersa
homini facere apparere. et hoc modo uis
frequentissime. **E**t huius signum ē quia nū-
quā facit hominem aliquid somnare de ali-
quo cuius imaginem non habeat in interio-
ri organo uirtutis imaginative. nunquā enī
cecos naturaliter facit somnare de colorib-
us nec surdos de sonis. nec eis talia repre-
sentat in uigilia uel in somnis. **S**ecūdu mo-
dum possumus itelligere sic. q̄ res alio mo-
do uel sub alia dispositiōe appareat sensui
q̄s sit naturaliter. potest contingere pro-
pter uariationē aliquam ex parte organi.
sicut quando humor sanguineus uel ua-
por igneus descendit ad oculos. uidetur ho-
mini q̄ ea que exteri^o sūt sit rubra. uel
propter uariationem aliquam ex parte ob-
iecti. sicut contingit aliquando q̄ ex positio-
ne candelę et dispositione palearum uiden-
tur paleę spēs esse opatione naturali. s̄se

est in aliquibus virtutibus quarundam rerum mineralium. et quia ibi modus non latet demonis et sunt multi veloces potentes que necessaria sunt ad hec statim asserere. ideo sensus nostros frequenter deludunt ostendentes re aliter quam sit dum ea faciunt aliter quam se habeat apparere. quod quidem sit variationes modica inducendo circa organum vel obiectum. quod quidem variatio non mutat formam. sed solum est ex quadam accidentali ad hereri. et est passio non ut passibilis qualitas.

Tertium modum sic possumus intelligere. res si quidem que prelo est sensus nostrum sine visibili obaculo dupliciter potest latere. aut quia impeditur virtus sensus ne pueniat ad sensibile. aut quia impeditur spiritus sensibilis ne pueniat ad sensum et utroque modo impeditur sensus ne percipiat quod sibi est prelo. utrumque autem horum satis credendum est esse possibile virtuti demonis. et ideo dicitur posse facere per hanc viam ut homines reddat invisibile quod tamen certum non est. si tamen est hac via posset fieri. nec est multum incredibile. His visis per rationem ad quoniam opposita. quoniam terminanda est in parte affirmativa. patet etiam in se respondendo ad obiecta.

Ad illud. n. quod obicitur quod sensus non errat circa proprium obiectum. sed quod hoc intelligitur quantum est de sui natura. salva. scilicet media dispoitione organi. medii et obiecti. intelligitur etiam de sensu particulari persone. In hac autem deceptio sensus committitur sive fantasia que dicitur collativa. admiscetur sensui particulari et iudicat esse alterius quod est suum.

Ad illud quod obicitur quod nulla res potest videri nisi per suam speciem. sed quod species nec de novo dat nec de novo offert. sed illa que erat in fantasia tam vivaciter illi interiori obicit ut credat se rem exteriori sensibile intueri.

Ad illud quod obicitur quod facit hominem videri capram. utrum illa species hominis deferatur ad visum. sed quod fortassis impedit ne pueniat ad visum vel visus ad eam. vel saltem impedit ne pueniat ad iudicium. dum loco illius offert species capre quam habet in fantasia. et sic dum aspicit ad corpus humanum extimat se videre capram.

Ad illud quod queritur ubi faciat imutationes. vel circa organum vel obiectum vel virtutem. sed quod potest facere et facit circa omnia hec pro loco et tempore sicut et videtur expedire. Nec tamen sequitur quod sit verum miraculum. quia non est ibi vera formae transmutatio aut inductio. sed solum quedam transmutatio

et quasi momentanea immutatio. que cum ostendat circa rem veram transmutationem esse. non est verum miraculum sed vanum et falsum prestigium.

Quarto queritur utrum demon possit cogitationes immittere. Et quod sic videtur. primo auctoritate secundo ratione in psalmis. Immittit angelus domini in circuitu timentium. Si bonus angelus potest immittere. cum bonus et malus sint eiusdem nature. patet et. Item auctoritate Jo. xiii. cum diabolus misisset in cor phariis traderet eum Judas. sed mittere in cor non est aliud quam immittere. ergo et. Item Gregorius in moralibus. maligni spiritus in cordibus malignorum cogitationes immittunt non desistunt. Item suggestio est aculeus diaboli. sed suggestio nihil aliud est quam prave cogitationis immissio. si ergo diabolus potest mala suggerere. ergo et potest malas cogitationes immittere.

Contra Anthonii. vii. super illud. Nihil quod in os intrat coquina in hominem. dicit glossa. Sede quod diabolus non est malorum cogitationum immisor. Item si potest cogitationem immittere cum in cogitatione formetur actus intelligentie. ergo potest mentem nostram formare. quod falsum est cum hic dicat Augustinus esse proprium veritatis prime.

Item nihil nobis intimus est quam nostra cogitatio. ergo si diabolus potest cogitationes immittere potest ad interiora nostra spiritualia introire. sed hoc nihil aliud est quam illabi. ergo menti nostre illabi potest quod supra est improbatum.

Item si potest cogitationes immittere. ergo potest quando vult malum facere cogitare. sed ipse continue nobis optat malum. ergo nunquam permittit nos a cogitationibus malis desistere. quod manifeste falsum est.

Est igitur questio quantum possit habere diabolus respectu cogitationum generandarum in nobis. utrum. scilicet. possit efficere vel tantum offerre et non offerre. Utque necessario possit nos compellere ad hoc quod recipiamus oblatum.

Et quod sic videtur quia si aliquid presentatur aspectui oculorum nostrorum. necessarium est nos videre et sic de aliis sensibus. ergo similiter videtur de cogitationibus. quod si verum est. videtur quod a malis cogitationibus non possumus evadere. et quod mala cogitare non sit

reprehensibile. cū tamen domus reprehendat. **Matth. ix.** quid cogitatis mala in cordibus vris. **Rñsio** dō q̄ imissio dicit actū. cuius effectus terminat i eo q̄ intus ē. **Nūc** aut actū potest dupl'r dicere respectu illius effectus. aut sicut cause principalis agentis et efficientis. aut sicut excitantis vel impellentis. primo mō pprie accipitur. et sic opetit soli deo respectu anime. **Iose. n.** solus est qui p̄ modū principalis agentis pōt in eius intimis cogitationes et affectōes gignere et formare. **Alio modo** accipitur large et minus pprie. qm̄ imissio de rōne sui nois quādam virtutem et auctoritatem sufficientē respectu effectus iportat. ideo quādo solūmodo dicit excitationē vel impulsione large accipitur et minus pprie. et sic cōpetit demoni respectu anime. qm̄ eius officiū est siue puerum studū eidē malas cogitationes suggerē. **Et sic p̄ rñsio** ad rōnes ad utrāq̄ partē. **Nā rōnes** et auctoritates ad primā partē inducte pcedunt de imissione cōiter dicta. rationes vō ad oppositū pcedunt de imissione dēa pprie. **Ad illud** uero qd̄ q̄ritur ultimo. quātum posse habeant demones respectu malarum cogitationū nāx. **Ad q̄** fantasmata possūt offerre. **Ad illud** aliud qd̄ q̄rit. vtz nēcio possint cōpellere. **Diversimode** a diuersis. **Rñdetur.** qdaz. n. dicit q̄ necessario possūt cōpellere ad cogitationes maloz. non tñ malas. **Cogitatio.** n. que ē de malo. nō ē mala nisi eā cōcomittetur affectio mala que est in potestate nostra. **Aliis** uero uidetur et pba bilius. q̄ nō possunt facere quo facto nēcio cogitemus malū nisi in casu. uidelicet cū cogitatio aie nō est circa utilia occupata. tunc enim euagatur et est ociosa. potest ei diabolus offerre imaginē turpē et uanā. et ideo uolenti malas cogitationes effugere. sollicitē et diligenter cauendū est ne contingat aliquā animū a bonis et ab utilibus cogitationibus reuocari. hoc tamen facile est ei qui solitus ē in bonis animū exercere. cui multo facili⁹ est et delcābilius in bonis uersari cogitatioib⁹ q̄ sit uiris carnalibus infedatis et turpibus imaginibus.

Quāto queritur. vtz demones possint malas affectiones incendere.

Et q̄ sic uidet ur. **Osee. vii.** omnes adulterantes sicut clybanus succēsus a coquente. **Et glo.** exponit q̄ clybanus est fornicator. et coquens diabolus. ergo. **Item Beda** sup̄ actus. v. dicit q̄ diabolus fraudulenta et callida deceptione animā i affectū malicie dñt. sed hoc nihil aliud est q̄ prauā affectōnem incendere. ergo. **Item diabol⁹** pōt carnē nostrā mōuere. sicut dicitur **Iob. vi.** sup̄ illō **Terra** tradita est i manu ip̄i. exponit **Gregorius. i.** caro i manu diaboli. si ergo carne mōta excitatur stimulus cōcupiscentie qui est in nobis tāq̄ igniculus prauē affectōis. uidetur q̄ diabolus possit i nobis incendere affectionē cōcupiscentie. **Item ignē** incendere nō est aliud q̄ igni pabulum ministrare. sed male imagies et exteriores opportunitates et occasiones sunt fomenta cōcupiscentie. ergo uidetur q̄ diabolus hūc ignē cōcupiscentie possit in nobis accendere. **Item calidū** potest calefacere. ergo in flammātū pōt inflāmare. sed diabol⁹ tot⁹ est inflammatus. imo in eo sunt flammę et icentia uicioz. sicut dicitur **Ja. tertio.** **Beda** dicit. **Adgr** dicit i littera. ergo diabolus potest nos ad malū inflāmare. ergo et incendere. **Ad oppositū.** imago maxie in affectione et uolūtate p̄ficatur. ergo si diabol⁹ non habet posse super animā. inquantum ē dei imago. ergo nō uidetur q̄ possit affectōnez nostrā incendere. **Item libertas** arbitrij maxime consistit in affectu siue i uolūtate. **Sed li. ar.** est illud sup̄ qd̄ minime pōt diabolus. ergo uidetur q̄ nūc possit i nostrū affectū. ergo si nō potest intellectui cognitionē immittē. ergo multo minus affectionē incendere. **Item cogitatus** preambulus est ad affectōem. sed qd̄ nō pōt i dispōnem nō potest in complementū. ergo si diabolus non pōt imittē cogitatum. non potest incendere affectionem. **Item si** posset malas affectiones incendere. cum huius modi affectiones sit sēp culpabiles. continue posset nos facere peccare. qd̄ nephas ē dicere. **Est igitur** questio que differētia sit inter incendere et imittē. et p̄ quāto diabolus magis dicitur incensor q̄ imittē. cū econtrario uideatur. cum multo plus sit affici q̄ cogitare. **Rñsio** dicendū q̄ icēder

est actus translatus a corporalibus ad spūalia. In corporalibus autem incendere est non igne generare, sed potius igni pabulum ministrare, uel applicando igne cōbustibili, uel cōbustibile igni, sic et in spūalibus, ignis autem iste cōcupiscentia est siue libido pueris. pabulum istius ignis sunt cogitationes, et affectiones carnales et terrene, et delectationes fedae, et ita incendere in spūalibus nō tantum modo accipitur respectu affectionū, immo etiā cogitationum, et respectu utriusque non dicitur acrum sicut principalitatem agētis, sed solum sicut excitantis et subministrantis. Quia igitur diabolus potest nos ad malas cogitationes et affectiones excitare, licet nō possit eas in nobis sua potestate efficere, ideo recte et proprie a sanctis et doctoribus sacre scripture iocor dicitur nō inmissor. Et cedere sunt rationes ad hoc. Ad illud ergo quod obicitur quod diabolus nō potest super imaginem, nec super li. ar. vō quod nō potest sic et agens et mouens principale, potest tamen sicut suggerēs et inducens, hoc ē quod dicit Damasceus uolentia alicui inferre nō possunt in nobis, n. est suscipe eorum inuisiones. Ad illud quod nō potest in cogitatione, dicendum quod sic non potest cogitationem formare, sic nec affectionem principaliter causare uel mouere, sicut autem potest affectione incidere sic etiā cogitationes. Ad illud quod uult obicere quod tunc posset nos facere peccare, vō quod uerum est si potentia incendendi importaret necessitatem et precipuā et effectiuā potestatem respectu affectionis prauae, sed sicut predictum est, nō dicit causam efficientem, sed disponentem que quidem dispo. efficaciam nō habet, nisi nos dem⁹ ei uigore ex nra negligentia ut cōfessu.

Exto et ultimo querit, utrum demones possint scrutari secreta nostre conscientie. Et quod sic uideamus demonis offitū ē accusare, sicut quod legitur Apo. xii. Proiectus est accusator fratrum, ergo si in iudicio arguemur de secretis cogitationibus, uidetur quod he non lateant accusatore nostrum. Item peccatum est character bestie sicut quod insinuat Apo. xiii. sed unusquisque cognoscit propriū signaculum ubiqueque penatur, ergo diabolus cognoscit

peccata ubiqueque sit, sed nihil ē in nobis secretius quod sunt peccata cogitationum et affectionum nostrorum, ergo si hec diabolus potest uidere, secreta conscientiarum nra. rimari potest.

Item Aug. xii. sup. gen. ad litterā. Angeli mali cogitatione nouerunt, quia multa predicunt quod nō predicunt si cogitationes non nouissent.

Item hoc uidetur per rationem, notior ē operatio quod potentia, et potentia quod substantia, quia per cognitionem operationis et potentie puenitur in cognitionem substantie, sed substantia anime nō potest latere diaboli, ergo nec eius operatio nec uirtus, ergo si cogitatio et affectio sunt actiones anime, ergo nō possunt latere de mente.

Item substantie spūales sicut dicit Dionysius per sui naturam sunt specula, sic est in speculo materiali quod quando obicitur alteri nō solum representat ipsum, sed etiā omne quod relucet in ipso, ergo si maioris cōtationis sunt specula spiritalia, uidetur quod quando demon intuetur et aspicit animas, nō solum ipsum uideat, sed omne quod est in ipsa. Item nō potest oculus meus uidere in me quod nō possit uidere oculus alienus, si ergo sic ē in oculo corporali respectu rei uisibilis corporalis pari ratione similiter erit in oculo spiritali respectu cognoscibilis spūalis, ergo si oculi mei spūalem nō latet secretum conscientie mee, pari ratione nec oculos demonum.

Ad oppositum, tertio regū octauo, Tu solus nosti corda filiorum hominum, nō ergo demon uel alius. Item Di. xvii. ego animas scrutans corda et renes, ergo si dominus hec sibi attribuit tamen proprium, uidetur quod nō cōciet diabolus. Item primo corinth. x. scdo, nemo scit que sunt hominis nisi spiritus hominis, qui est in illo, sed demon nec ē spiritus uidetur, nec est in nobis, ergo nō nouit secreta conscientie nostre. Item Augustinus in libro de ecclesiasticis dogmatibus, in suas cogitationes nostras, diabolus nō uidere certum est. Item ratione uidetur, quia si in eternas cogitationes cognosceret, cognosceret et uirtutes, ergo beatus Iob paciētiā cognouisset, sed quod si cognouisset non tenuisset, cum nolit superari, sed tentauit, ergo nec uirtutem nec cogitationes eius cognouit.

Responso. Ad predictorum intelligentiam est notandum quod sic de uoluntati rationali creatae

dedit dominus siue arbitrium, cui nulla p-
sider nisi diuina potentia. sic et^o cognitiue
dedit cōscientie secretum, cuius secreta et p-
funda non penetrat nisi diuina sapiētia. Et
ideo dico q. nulla creatura nec humana nec
angelica potest cōscientie humane noscē
secreta nisi per signa uel cōiecturas. uel ni
si nouerit dei reuelatione, aut hominis denun-
tiatione siue directione. et quoniam pauca
sunt ita secreta quā prodeant in opera
exteriora, uel appeant per signa exteriora
faciei, uel per signa cordis quod diuersimo-
de mouetur sū diuersitatem affectionū. hic
est q. multe cogitationes et affectiones nre
deprehendi possunt a malignis spiritibus,
nisi arceantur dei uirtute. hec aut cognitio
potius est coniectura q. certe sciētie. Et iō
cōcedende sunt rationes ostendentes q. an-
gelus malus secreta cōscientie nostre per-
scrutari non potest. ¶ Ad illud ergo quod
primo obicitur in contrariū de accusationis
officio. vō q. nō solum ipse demon erit ac-
cusator, imo etiam cor nostrū. vnde et si de
exterioribus et uisibilibus accusari possum⁹
a diabolo. vō occultis et secretis nō, neutra tū
ipunita relinquentur, quia nō deerit accusa-
tor et testis. ¶ Ad illud quod obicit⁹ q. pec-
catū est character diaboli. vō q. peccatū tūc
dicitur esse character q. dō scribitur i fronte
hoc aut est cū peccat sine rubore, et publice
ut iam possit ei dici frons mulieris meritri-
cis facta est tibi, noluit erubescere. et tunc
absq. dubio peccatum nostrū diabolo ē co-
gnitū, quia iam nō secretū sed manifestū
est. ¶ Ad illud quod obicitur de Augustino
q. cogitationes nouerūt. vō q. loquitur de
cognitione coniecture nō certe sciē. ¶ Ad
illō quod obicitur q. notior est operatio q.
substantia. vō q. uerū est de opatione extrin-
seca, de intrinseca aut nō habz sp. ueritatē.
multe, n. res sunt nobis note quā uirtutes
et opationes nos latent. uel vō q. hoc locū
habet in opatione naturali, nō in opatione
uoluntaria. opatio. n. naturalis sū q. natu-
ralis est, ita se naturaliter nata est represen-
tare, nec se occultare potest, sicut nec substā-
tia imo per ipm manifestatur substātia dū
plus habet de ratōne actualitatis, ac p. hoc

manifestationis et lucis. In operatione enim
uoluntaria secus est. nam cum substantia se
naturaliter representet sicut naturaliter
est, et se occultare non possit opatio uolun-
taria. sicut uoluntarie exit in esse, ita et uo-
luntarie manifestatur, et ita occultari potest
imo non manifestatur nisi homo uelit. ita
aut sunt que latent in secreto nostre conscie
ideo quāuis diabolus possit uidere animas
ppria uirtute, nō tamen illam pōt spicere.
¶ Ad illud quod obicitur, q. speculi repre-
sentat aliud speculum et que sunt in eo con-
tenta. vō q. duplex est speculum, quoddam
naturale et quoddam uoluntarium. speculi
naturale sicut naturaliter suscipit, ita et na-
turaliter reddit et ita nihil occultat, ideo spe-
culum sibi oppositum nō solum ipsum sed
etiā id quod luxet in eo representat. specu-
um aut uoluntarium nō est in actu manife-
stationis eorū que in se cōtinet, nisi cū hoc
facit uolūtas, et tale est speculi spūale, ideo
nō est simile. ¶ Ad illud q. obicitur de ocu-
lo corporali, per hanc ipsam rationem iaz
patet. Responsio. oculus enim unus corpo-
ralis uidet quicquid uidet alius, si obiectū
sit utriq. reuelatum. si autem uni aperitur
et alteri tegitur unus potest uidere quod nō
uidet alius, quia ergo nullus se sibi nec uult
nec potest uelare, quia sibi semp. presens ē
ideo celum propriū siquid in se est nō po-
test latere, alienum uero oculum potest sub-
terfugere et se illi uelare, quoniam non est
ipsa presens nec super eum potens, et ideo
omnem oculum spiritualem potest conscie-
ntia nostra latere, excepto se et illo qui ē
supra se. et ideo dicit Augustinus sup. Gen.
ad lit. q. sicut corporaliter substantie corpo-
rales habent aliqua uelamenta quibus se a
lienis conspectibus occultant, sic in substan-
tiis spūalibus suo modo esse intelligendū
est, hec est uerborū suorū sentētia. Et si tu q.
ras quō possit hoc esse, uel intelligi cū sub-
stantia spūalis sit simplex uel uniformis p-
totum. Et ita uidetur q. qui uidet modicū
nihil latz, et cum uniformis sit nō potest ēē
ibi aliqd occultās, et aliquid occultatū. Dicē
dū q. obstaculum illud non habet itelligi p-
interpōnem alicuius nec opate, sicut est in

su nostro corporeo, uel obscure et minus clare, sed ibi abscondere idem est q. manifestare nolle. **¶** Ibi sunt ibi diuersitates pluri carum ex compoñe diuersarum naturarum, sunt tamen in anima gradus potentiarum et scaturum fm quos quedam dicuntur anime esse magis intima, utpote que respiciunt potetias superiores, et simplices siue puriores fm quas anima magis i seipsa recolligitur. et ei quod sume unum est unitur et simplicitatur, et penes has maxie residet cōsciencie secretum. Et sic patet solutio obiectorum, ex quibus etiā manifestantur omnia que i littera dicuntur. Hoc solum autem indiget explanatione quod dicit **Bēnadius**, q. diuisiones p energiam opatiōum. **¶** quid ibi appellet energiam. Et vō q. energia dicitur ab eo q. est in, et ergo qd ē labor, et mēte qd est defectus, unde energia quasi interior labor uel interior defectus. unde illi dicuntur energumēti qui interius laborant p uexationem demonis interius obsidentis, et animā laborare facientis, et hoc est qd **gennadius** intendit dicere.

Distinctio nona

¶ Distinctio supē cognoscere. **¶** Supra egit myr de cōsequenti bus ad malorum obstinationes. In hac pte agit de his que cōsequuntur beatorum cōfirmationem. **¶** Hec aut sunt duo, scilicet distinctio ordinum, et cōse quens ministerium. ideo hec pars duas habet. In prima agit de angelorum ordinum distinctione. In secunda de angelorum ministerio et missione, infra distinctio. **¶** hic etiam i uestigandum est. **¶** Prima pars habet duas partes. In prima agit de distinctione ordinum quantum ad primas cōditiones. In secunda uero quantum ad reparationem ibi. notandum etiam q. x. ordo. **¶** Prima ps habet quattuor partes. In prima determinat qualiter angelorum ordines distinguuntur. In secunda qualiter noiantur ibi. hec noia illis nō propter se. **¶** In tertia determinat quod sit huius ordinis principium ibi. iam nunc inq.

rere restat. **¶** In quarta uero et ultima determinat modum ibi. prima considerari optet. **¶** Secunda uero pars principalis que ibi incipit, notandum. **¶** duas habet. In prima determinat de reparatione ordinum angelorum fienda quantum ad gradum. In secunda uero quantum ad numerum ibi. nō, n. iuxta numerum eorum.

¶ Intelligentiam autem eorum que in hac parte dicuntur. **¶** Primo procedendum ē uia narrationis. Secundo uero uia inquisitionis. **¶** Uia autem narrationis est distinctiua et diuisiua. ideo oportet hic prenotare quarandam reparationes et diuisiones. Oportet igitur primo uidere quid sit hierarchia. Secundo uero quid angelus. Tercio quid sit ordo angelicus, quibus premet lectis maxima uia prestabitur nobis ad sequentia terminanda. **¶** Sciendum est igitur q. ipsius hierarchie beatus **Dionysius** tres ponit definitiones. in libro de angelica hierarchia. Quarum prima hec ē. Hierarchia est diuina pulchritudo ut simpla, ut optia, ut consummata uel consummatua. Secunda est hec. Hierarchia est ordo diuinus scientia et actio, deiforme quantum possibile similans, et ad inditas ei diuinitus illuminans proportionabiliter in dei similitudine ascendens. Tertia est hec. Hierarchia ē ad deum quantum possibile est similitudo et unitas, ipsum habens scientie sancte et actionis ducem, et ad suum diuinitum cōcorem inmutabiliter diffiniens, quantum uero possibile est reformat suos laudatores. **¶** Istarum definitionum distinctio et explicatio potest haberi sic, quia prima distinctio ē hierarchie increate, due uero sequentes create, differunt autem quia prima illarum principaliter attenditur penes egressum a deo sed ultima penes regressum, licet utrobique tangatur uerumq. **¶** Prima autem distinctio que est hierarchie increate exprimit ipsam quantum ad trinitatem et unitatem, ita q. nec trinitas preiudicat unitati, nec unitas trinitati, sed unitas spectat ad perfectiones trinitatis, et trinitas unitatis, ut